

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluntas ae
cum uariis

Grande malum propria uoluntas qua fit ut bona tua bona non sint. Quem enim modum sibi ponit humana cupiditas? Nonne qui per usuram acquirit pecuniam modicam, similiter mundum luctari conaretur uniuersum, si non deasset possiblitas, si suppeteret uoluntati facultas?

Bernardus super Cantica sermone LXXII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Voluntas ae] Voluntas ad P V¹ V² L¹ L²; tua] tibi *add.* v² L¹ L²; sint] sunt L²; modum sibi ponit] ponit modum sibi P V¹; nonne] non (*cor. supra lin.*) B; usuram] usinam M; luctari] lucrari P V¹; quem enim...sermone LXXII.] Propria uoluntas est, que non est communis cum Deo et hominibus. Sed nostra tantum, quando quod uolumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nosmeipso facimus, non intendententes placere Deo, et prodesse fratribus. Sed satisfacere propriis motibus animorum. huic contraria est charitas quae deus est. Porro uoluntas propria, quo furore, dominum maiestatis impugnat, audiant et timeant serui propriae uoluntatis. primo namque seipsam subtrahit, et subducit dominatui eius. cui tanquam authori seruire iure debuerat, dum efficitur sua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc, et quod in se est, omnia quoque, quae dei sunt tollit et diripit. Bernardus sermone 3. De resurrectione domini V² L¹ L²